

Theologus ævi nostri celebratissimus, antequàm *αὐτοψία* primæ hujus disputationis Christologicæ ei obtingeret, *πium illud tuum propositum, ejusdemq̃ methodum, quâ de dulcissimo nostro JESU agere instituisti.* Laudo factum tuum, *Et rorem divinæ benedictionis cœlitus impertiendum tibi calidis votis apprecor.* Melius omninò cum *Academiis*, inq̃ illis cum studiosa juventute ageretur, si non sola theoria dominium porro affectaret, sed nexu indivulso eandem salutaris comitaretur ubiq̃ praxis. Hæc quia hætenus plerunq̃ est neglecta, vel certè parum leviterq̃ curata, *Et vix primoribus degustata labellis, à VVeigeliomanitis Et novis Fanaticis audire fuimus coacti, CHRISTUM è scholis nostris esse relegatum.* Perge igitur, mi Dn. Frater, in nomine JESU, de nomine JESU ea meditari aliisq̃ instillare, quæ faciunt ad agnitionem, ad Amorem, ad obsequium, ad Gloriam Nominis JESU, *Et ille tibi gratia, ope, auxilio, consilioq̃ suo non deerit unquam.* Perrexissem fanè, secundùm pium hoc amici mei summi monitum, telam hanc dissertatoriam in *Academiâ* hac illustri continuare, nisi divinæ providentiæ aliud placuisset, filumq̃ abrumperere vel invitum jussisset: dum *διὰ μηχανῆς* ab Illustrissimo